constitcauit nomen tuo deo
nō q̄ repudiat eū mox

[illegible] V usq̄ exaltabit

inimicus meus sup me re

spice et exaudi me dn̄e deus

meus V̄ R̄ Qui tribulant me

exultabūt si motus fuero

ego aūt in mīa tua sperau

Regem vent̄ fer ij Inuitat̄

Adoremus dn̄m qui nos

redemit pascem venite ys

Pange lingua Quic an

Nolite flere mortuum

neqȝ lugeatis sup eū

sed plangite eū qui

egredit̄ qȝ non reuert̄

ultra · nec uidebit terram

natiuitatis sue · qȝ hec

dicit dn̄s ad sellum filiū

Iosie regem iude · qui

regnauit pro Iosia pr̄e

[illegible] R̄ Deus auctor

salutem tuam qui mecum

fideliter uelox exaudi me

V̄ Eripe me dn̄e ab homine

[illegible] ut recitant · eu [illegible]

[illegible] Iunii de temp [illegible]

pst [illegible] qd qd ex illo
non est· in te ergo et iure
qd q; si verba dei in aure
cordis percipit tam tetti
git vite sit· Tu Responsorium
In te iactatus sum ex utero
de ventre matris mee deus
meus es tu ne discedas a me
quoniam tribulatio proxima est [et non est] qui
adiuvet. V. Erue a framea
deus animam meam et de ma-
nu canis unicam meam Quoniam
Vide domine afflictionem Aliud
meam quoniam erectus est ini-
micus meus A. In tribulatione
invocavi dominum et exaudivit
me in latitudine. Iudicasti domine
causam meam defensor vite
mee domine deus meus. Ant.
Popule meus quid feci tibi
aut quid molestus fui tibi re-
sponde michi. A. Al. inimici reddiderunt
pro bono malum quia foderunt

[illegible]

ne ang
ga a m
te tecian
ilitatem
a meu
Et ap
um p
a Ev
meu
nifa
sun
Ev
ntu
anul
E
me tu
ngi
anu
au
dicu
et eg
ij n

Varia opuscula prout in Indice.

Epistola Rabi Samuel ad alium Rabi.
Tractatus de moribus Turcarum.
Isidorus contra Judaeos
Herongus de temporibus Ecclesiasticis.
Disputatio inter Clericum et militem.
et Libellus de Regimine Rusticorum

INCIPIT EPISTOLA

Quam misit Rabi Samuel Israhelita oriundus de Ciuitate Regis Marochorū ad Rabi ysaac magistrum Sinagoge que est in subiulmeta in predicto regno In anno dñi Millesimo. Sz translata de Hebreo uel de Arabico in latinum per fratrem Alfonsiū boni homīs Hispanuz ordinis predicatorum quam translationem fecit Anno dñi. M cccc. xxxviii. tempore pontificatus dñi Bñdicti pape. xii. que epistola cuius sit editiōis et ad quid ualeat prohemiū ipsius epistole et narratio eius plenius declarabunt cum titulo qui est talis.

TITULUS EPISTOLE

Epistola quam scripsit magister Samuel israhelita oriundus de Ciuitate Regis Marochiani ad Rabi ysaac magistrum Sinagoge que est in Subiulmeta in Regno predicto.

EPISTOLA

Conseruet te deus o frater et permanere te faciat usquequo terminetur ista nostra captiuitas et congregetur ista nostra dispersio et appropiquet spes nostra. et signet deus beneplacituz suum super uitam nostrā. Amen. Iā expertus sum q plenitudo scientie nostri temporis cum tuis expositionibus gloriosis uiget. unde ego particeps doctrine tue tibi expono exitus cordis super illis que legis sunt et prophetarū super quib' anxio cū timore quapropter recurro ad abūdantiā sapientie tue et mitto tibi libellum istum sperans per te deo uolente confortari in ueritate ac in dubiis declarari.

CAPITULUM. I.

Desidero domine mi certificari per te et testimoniis legis et prophetarū et aliaruz scripturarū quare nos iudei generaliter percussi sumus a deo in captiuitate ista in qua sumus que potest uocari perpetua et non habens finem. Iā modo sunt mille āni completi et ultra q semper fuimus captiuati. Nos scimus q patres nostri adorauerunt idola occiderūt prophetas. et legē dei auerterunt. Et propter omnes istas transgressiones deus nō percussit eos nisi per. lxx. annos in Babylonia et post tempus prefatū placatus est eis et reduxit eos ī terrā suam Et secundū scripturā ira dei fuit tunc patribus ualidissima super oēs iras quas añ tempora illa cōmemorat scriptura. et tñ ut dictum est pena tantorū peccatorū non fuit nisi. lxx annis. Et nunc domine mi ira dei que in pñti punit nos nō habet terminū nec finis eius promittitur. in prophetis Si uoluerimus dicere q ista pressura ī qua sumus ire dei est adhuc illius ire propter quā fuit captiuitas. lxx. annorum quia tūc nō complete satisfactū est de peccatis predictis per illos patres nostros nos facimus deū mendacē quod absit quoniā ipse deus uerus et gloriosus illi captiuitati imposuit prefatū terminū prophetarū. s. lxx. annorum unde talis nō est responsio sed euasio seu excusatio. Si excusatio esset uera nec est intelligentibus proponenda Et si dixerim' q deus ī illa transmigratione misertus fuit uni parti generis nostri et non alteri et illos quorum misertus est reduxit ad reedificandum templum ut dicit propheta Hieremias et sum' de illis quorum non est misertus Tūc dicent nobis christiani q deus misertus est eoruz qui adorauerūt idola et qui occiderunt prophetas. et tamen nos punit qui non peccauim' in predictis et illoruz misertus fuit in dicto termino. lxx. annorū. et sic nostra punitio non habet secunduz nos causam certā ita est longa sine termino pena in qua sumus modo iā

ſunt mille anni et ultra. nec in lege nec in prophetis huius pene termi num poſſumus inuenire. Quare do mine mi cum deus puniuerit patreſ noſtros propter idolatriam et pro pter interfectionem prophetarum et pena et culpa ſint note ī ſcriptu ra cum deus non punit bis idipſum pro peccatis illis preteritis fuit pe na ſcilicet captiuitas lxx annorum et cum deus nō punit uniuerſaliter niſi propter uniuerſale peccatum. o portet ꝙ poſt illam captiuitatē nos peccauerimuſ omēs coram deo pec cato maiori ꝗ̄ fuerit idolatria parē tum noſtrorum et ꝗ̄ fuerit interfe ctio prophetarum. ex quo deus pro peccatis puniuit parentes noſtros lxx annis et non amplius et noſ pu niuit ſunt mille anni et ultra. et po ſuit. et diſperſit nos per quattuor parteſ mundi. Tamen quicquid con tingat dei ſumuſ in omni euētu quia nulla eſt excuſatio. Super dicta re ſponde.

CAPITULUM II.

Suppoſito domine mi ꝙ ſimuſ in peccato aliquo maximo ro go nunc ꝙ certifices me ſi poſtquā deus diſperſit nos de Hieruſalē et miſit in captiuitatem iſtam longiſſi mam ſeu perpetuam propter illud peccatum ſine auctoritate noſtra et propria uoluntate ſine ſpeciali mādato incepimus obſeruare circū ciſionem et ſabbatum. et alias ceri monias ꝙ a tempore quo Titus de ſtruxit ciuitatem et templum com buſſit et bibliotecas et nos in capti uitatem iſtam diſperſit ꝙ extūc ceſ ſauit inter nos ignis ſacrificium ob lationes et holocauſta et deus nō promiſit nobis poſtea prophetiam aliquam nec prophetam nec per re uelationem aliquam certam ꝙ nos deberemus redire aliquando in hie ruſalem in ſtatu priſtino. nec man dauit nobis poſtea ꝙ obſeruaremuſ obſeruantias predictas Uidetur er go ſequi ꝙ nos non a deo ſed ab a liis qui erant obſeruātias predictaſ accepimus et tenemus. Et uidetur ꝙ iuſte dicent nobis aduerſarii no ſtri. Sicut uos obſeruatis circumci ſionem et ſabbatum et legitis in Si nagogis libros Moyſi et propheta rum ſine mandato dei quare non aſ ſumitis uobis ſimiliter ſacrificiuꝫ et facitis uobis ſacerdoteſ et regeꝫ et regem et principē et unctiones ſan ctas et incenſum. et quare non edi ficatis altaria et ſeruatis cerimōia et omīa alia que ſunt in lege contē ta ſicut ſabbatum et circumciſionem et plura alia que obſeruatis ſecūdū traditiones ueſtras ſine uoluntate et ſimpliciter ex utraqꝫ curritis in offenſam. Et ſi hec predicta facitis contra uoluntatē uel dicitis quia uo luntas dei eſt ꝙ hec ſeruetis et be neplacitum quod tamen oſtendere non poteſtis quare non obſeruatis ſupradicta alia quorum mandata fa cere poteſtis. Et ſi reges non per mittūt uos facere et populi ſub qui bus iacetis non permittunt uos iſta multa facere quare permittunt uo bis circumciſionem et libros et Si nagogas et alia que ſeruatis. Et ad hec domine mi non eſt nobiſ in prō ptu reſponſio ſufficiens ut uidetur. Scimuſ tamen timorem dei in omni euentu

CAPITULUM III.

Inuenimus domine mi deū lo quenteꝫ per oſ Zacharie pro phete et dicentem cap vii ubi loqui tur de illa prima captiuitate. breuē interpretatus hanc auctoritatē. Nā ſecunduꝫ ꝙ ſcripta eſt in arabico ſi cut infra poſita eſt ſonat in latino. Hec dicit dominus ſacerdotibus et populo terre. Quando ieiunaſtiſ et ploraſtis in. vi. et. vii toto tempore lxx. annorum intellexiſtis ꝙ non ie iunaretis ad me aut ploraretis. Ego

tale ieiunium nolui a uobis. Nostra
autē transſlatio aliter se habet. ego
enim scribere propono sicut aucto
ritates iacent quas Samuel iste in
ducit non sicut sunt in nostra biblia
innuit dominus. Domine mi in predi
ctis uerbis ꝙ dum nos iudei fuimus
per. lxx. annos in dicta captiuitate
fuimus sine lege quia ieiuniu3 habe
mus a lege sicut alias obseruantias
et simul. r fuimus sine circumcisio
ne et sine sabbato. Et sine dubio hec
non ualent du3 ira dei manet super
populum suum. Illa uero prima ira
dei fuit breuis quia. lxx. annorū. Ista
quidem in qua nunc sumus est lōga
iam mille annorum et ultra. et non
inuenitur ei terminus in prophetis
Et timeo domīe mi ꝙ sicut deus mi
sit in captiuitatem illam breuem pa
tres nostros sine lege et sine obser
uantiis eius. nec acceptauit ieiunia
nec obseruantias eius legis quousq3
fuit completum tempus pene ipsorū
scilicet. lxx. annoru3 Sic in ista cap
tiuitate ultima non acceptat opera
que facimus secundum obseruantias
legis. quare constat ꝙ nos sumus ī
maiori peccato nunc q̄3 patres no
stri fuerint in babylonia. Unde nos
sumus in maiori dei ira q̄3 illi. et per
consequens opera nostra sunt ei mi
nus placita. et nos sumus ei magis
odiosi. Et patet ꝙ illi per mortem
prophetarū et quia idola coluerūt
fuerunt tantum lxx. annis in capti
uitate et nos propter magnum pec
catum et maximum sumus captiui iā
sunt mille anni et ultra. Et hec cap
tiuitas sine dubio est illa quam de⁹
per os Danielis prophetauerat de
solationem ciuitatis. Usq3quo ad cō
sumationem perseuerabit desolatio
etc. Prima captiuitas uocatur trās
migratio quia per modicum tēpus
fuerunt reducti cum honore in hie
rusale3. Sed hec uidetur desolatio
in qua pro certo deus non miserebi
tur nostri sicut non miserebatur pa
trum nostrorum in babylonia. Sed
ꝙ consolabatur eos per prophetas
qui promittebant illis liberationem
et erant omnes simul. nobis autem
nihil promittitur. et insuper disper
sit nos per uniuersa regna mundi.
Attamen quicquid contingat dei su
mus in omni euentu.

Capitulum IIII.

Domine mi ualde mirabile est
mihi de nobis. Speramus enī
quotidie liberationem de captiuita
te ista. et semper de hoc loquimur.
et semper loquimur de reductione
nostra in hierusalem. uel sum⁹ ceci
uel deceptores simplicium. Nam cō
stat ꝙ post dispersionem nostram
que facta est per Titum non appa
ruit ī nobis propheta qui nobis pro
mitteret reductione3. nec etiā post
captiuitatem lxx. annorum fuit pro
pheta qui loqueretur de ista capti
uitate que non habet finem nisi ī fi
ne mundi. nec deliberationem hab3
nisi per consumatione3 seculi. Quia
Daniel illam uocat desolationem si
ne fine. cap. nono. Unde timeo dn̄e
mi ꝙ cum tanta captiuitas non pos
sit manere super totam gentem no
stram a deo nisi propter maximum
peccatum in deum magis q̄3 interfe
cisse prophetas et adorasse idola.
propter que peccata patres nostri
fuerunt puniti ꝙ sicut deus non mi
seretur nostri in uita cum in eode3
peccato perseueremus sic nec etiā
miserebitur mortuis ex nobis. Atta
men sumus dei in omni euentu qui
euenerit

Capitulum V

Domine mi uidetur ꝙ decipia
mus alios et nosipsos quia in
libris legum et Prophetarum habe
mus deum promittentē nostre gēti

liberationem et congregationez de
dispersione multipliciter. Sed bene
uertenti omnes promissiones quas
habuimus uel fuerunt complete an
te captiuitatem lxx annorum et ī ip
sis lxx. annis. uel promissiones fue
runt propter peccata illorum quib⁹
promissiōes sunt totaliter impedite.
sicut proponam corā te domine. Ex
empli gratia Ista pauca dicuntur in
Ezechiele. Si feceritis iusticias me
as Et mandata mea seruaueritis
congregabo uos de quatuor parti
bus mundi et leuabo uos et adducā
uos per mare et adducā uos ad do
mum sanctam meaz Ecce ꝙ id quod
dominus nobis promittit per Ezechi
elē in predictis uerbis et aliis locis
libri eiusdem prophete iam comple
tum est pluries ante illaz captiuita
tem lxx. annorum et omnes promis
siones domini tales maiores et mīo
res que in diuersis locis sacroruz li
brorum continentur cōplete fuerūt
anteꝗꝫ caderemus iñ istam ultimam
captiuitatem que non habet finem.
modo sumus iam in millesimo anno
et ultra. nec in aliquo prophetarum
eius terminū inuenimus. nec illa dei
promissio ubi agit de liberatione et
congregatione intelligitur de ista
captiuitate perpetua Sed de illis
tribulationibus et dispersionibus an
te dictos lxx. annos Nec ꝙ ante dic
tos lxx. annos commiserimus illud
magnum peccatuz propter quod de
us sine termino punit nos ī quo pec
cato sumus et manemus omnes. ali
ter deus misericordiam suam nō cō
tinuasset in nobis ira tam longa. nā
uidem⁹ per scripturas ꝙ omīa pre
dicta que cōmiserunt patres nostri
ante. lxx. annos predicte captiuita
tis punita fuerunt. Et de multis ex
empla hec pauca inducaz. Peccaue
runt patres nostri qui exiuerunt de
egipto et promissio eis facta in eis
locum nō habuit sed in peccatis suis
in deserto mortui sunt. Peccauit ip
se Moyses ad aquas contradictiōis
et terram promissionis non meruit.
Peccauit ipse Aaron et portauit pe
nam. Hely sacerdos peccauit et fra
ctis ceruicibus expirauit et posteri
tas eius sacerdotibus priuata est.
et tamen deus promiserat sacerdo
tium ī eternum. Sed huiusmodi pro
missa intelliguntur semper nisi pro
pter peccata demereātur accipere
ut patet in regno Dauid et in aliis
posteris eius. Sicut etiam deus ue
rus et gloriosus promisit abrahe pro
semine suo. terram illam in eternuz
possidendam. et frequēter perdide
runt eaz propter peccata sua et fre
quenter restituit eam dominus illis
usꝗꝫ ad ultimam uicem qua perdide
runt iam sunt mille anni et ultra. et
non est spes recuperandi eam. quia
manemus omnes in eodem peccato
propter quod terram nostraz perdi
dimus. Et illud mihi multum mirabi
le est cum omnes concordemus ꝙ o
portet ꝙ post captiuitatem lxx. an
norum in babylonia peccauimus cō
tra deuz peccato maximo et tamen
nullus est qui dicat ꝙ est id pecca
tum Et si aliquis nostrum cognoscat
nostram causam et peccatum prop
ter quod incurrimus tanta mala nul
lus tamē id aperit proximo suo. nec
ipsemet qui cognoscit in suam cōuer
tit utilitatem sed omnes iacem⁹ pro
strati et uidemus manifeste ꝙ pre
dicta captiuitate. lxx. annorum de
us erat cum patribus nostris in pro
phetis Hieremia et aliis prophetis
Et dedit eis Salathiel ducez et prī
cipes et sacerdotes cum quibus exi
uerunt de Babylone. peracta peni
tentia et placato deo edificauerūt
templum et hierusalem et alias ciui
tates et effudit deus misericordias
suas et tamen ī ista captiuitate nul
lus propheta nobiscum est. nec deus
ut apparet. Copiose igitur domine

inquirã et nõ cessabo querere quod
peccatũ est id tantuꝫ propter quod
sumus in captiuitate mille annis et
ultra. nec habemus prophetam nec
regem nec sacerdotem nec altare.
nec sacrificium nec unctionem nec
incensum nec purificationem immo
facti sumus abhominabiles toti mun
do sicut deo et contemptibiles. In
solo corde nostro tanta regnat su
perbia qua nosipsos preferimus to
ti mundo. Et quod super hoc sentio
pandam tibi domine mi. Nec minus
quicquid eueniat nos dei sumus.

Capitulum VI

Nunc ergo domine mi paueo
ꝙ id peccatum propter quod
sumus in hac desolatione et in cap
tiuitate ista sit illud peccatũ super
quo locutus est deus per prophetã
Amos ii. cap. cum dicit sic Super
tribus sceleribus israel conuertam
uel transferaꝫ Nota ꝙ ubi ĩ nostra
biblia est conuertam hic habet trãs
ferã et est ad propositũ eius magis
Et super quarto non trãsferam eos
quoniam uendiderunt iustuꝫ pro ar
gento. Et nos domine mi secundum
doctrinam nostram dicimus ꝙ iste
iustus fuit ioseph filius iacob qui fu
it uenditus et sic teneo ego. nisi ꝙ
sermo diuinus ponit istud peccatuꝫ
uenditionis quartum in numero pec
catorum. sed scelerum israel primũ.
Ipsi etiam christiani quibus sancto
rum librorum studium uidetur esse
traditum a deo respondent doctri
ne nostre predicte et dicunt ꝙ pri
mum in quattuor sceleribus israhel
est uenditio ioseph a fratribus suis
Et secundum peccatum siue scelus
assignant adorationem urituli in
oreb. Et tertium scelus occisionẽ pro
phetarũ ĩ babylonia. propter quod
fuimus captiuati. lxx. annis. Et di
cunt ꝙ quartuꝫ scelus israel fuit uẽ
ditio iusti scilicet iesu. qui ad litte
ram fuit uenditus post transmigra
tionem prefatam. lxx. annorum. Et
si nos domine uolumus tenere pre
fatam doctrinam nostram et respõ
dere christianis uerum. oportet ꝙ
nos assignemus in israel ante uẽdi
tionem ioseph uaria scelera preces
sisse. ut ipsa uenditio ioseh sit quar
tum scelus. Sed hoc non poterimus
sustinere. quia testimonium libri ge
nesis est contra nos qui uenditionẽ
ioseph ponit primum scelus filioruꝫ
israel. Et propheta Amos ponit ex
presse quartum scelus uenditionem
iusti propter quod fuimus in capti
uitate de qua loquitur deus commi
nans ꝙ nõ reducet nos ultra ĩ ter
ram promissionis cuꝫ dicit. Et super
quarto non transferam eos quoniã
uendiderunt iustuꝫ pro argento. et
mãifeste apparet mihi ꝙ nos super
illo peccato quarto uenditionis iu
sti iuste sumus puniti iam sunt mille
anni et ultra. ĩ quo tempore nil pro
fecimus inter gentes. nec est spes
proficiendi amplius.

Capitulum VII

Expauesco domĩe mi et timeo
ꝙ iste Jesus queꝫ colunt chri
stiani sit ille iustus uenditus pro ar
gento secundum Amos prophetam.
Et timeo ꝙ de ipso sunt hec que mi
hi occurrunt testimonia Propheta
et illa eadem in doctrina sua ualde
aperte applicant christiani ysaiaꝫ
prophetam Ve genti peccatrici fi
lis sceleratis quoniam ipsi elongaue
runt sanctum eius et inclinati sunt
retrorsum. Item idem Propheta di
cit Quasi ouis ad occisionem duct9
est qui non aperuit os suũ. Itẽ dicit

Uir habens dolorem et sciens infir
mitatem. Item fuit despectus et pro
pter hoc non reputauimus eum. Itē
oblatus est quia ipse uoluit. Item de
angustia iudicii depositus est. gene
rationem eius quis enarrabit. Item
propter culpaz populi mei transfixi
eum. et dabit iniuriatores pro sepul
tura et diuites pro morte sua. Et ti
meo domine mi ꝙ iniuriatores fue
runt patres nostri. et diuites pilat⁹
et herodes et ãna et cayphas sicut
dicit propheta Dauid. Cōsurrexerūt
omnes reges terre et maiores et cō
tra deum et contra christum eius.
Reges scilicet predicti Maiores sci
licet patres nostri. Et timeo domīe
ꝙ iste iesus sit ille comminatus et
uenditus pro argento de quo loqui
tur Zacharias propheta et Amos et
alii prophete. de quo etiam loquitur
ysaias propheta cap. liii. Deponet
omnes iniquitates et orabit pro īfi
delibus. Timeo etiam domine mi ꝙ
iste Jesus sit ille iustus de quo dicit
Dauid ī psalmo. lxxiii dilectati sunt
in animam iusti et sanguinem inno
centem condemnabunt et propter
hoc eiecit eos deus et disperdet il
los dominus deus noster. Et timeo
domine mi ꝙ iste sit ille iustus de
quo loquitur Hieremias cap. ix. cuz
dicit. homo est et quis est qui intel
ligit eum. Item Hieremias. capit. x.
Spes uultus nostri christus de⁹ ca
ptus est pro peccatis nostris. Cui di
ximus ī umbra tua uiuemus inter gē
tes. Timeo etiam domine mi ꝙ iste
sit ille iustus de quo dixit deus per
os Zacharie prophete. cap. xiii. dice
mus enim in illa die. Que sunt iste
plage in palmis tuis Et respōdebit
Plagatus fui in medio domus mee.
inter illos qui dilexerunt me. et le
uauit ensem pastor meus supra me.
Item idem cap. xii. Aspiciant ad me
die illa et illum quem transfixerunt
et plangent super illum quasi planc
tum unigeniti. Timeo etiaz domine
mi ꝙ iste fuit iustus ille de quo di
cit Abacuc. cap. iii. Cornua in mãibus
eius ibi abscōdita est fortitudo eius
etc. Et concordat euangelium chris
tianorum ubi narratur mors Jesu et
ostendunt. Cum autem uenissent ad
Jesum inuenerunt eum mortuum. et
misit unus ex eis lanceam suam et
transfixit. Paneo domīe mi ꝙ dicit
Abacuc cap. xiii Egressus es domine
saluare populum tuum cum christo
tuo.

CAPITULUM UIII

Expauesco domīe mi super his
Quis fuit iste iustus sine pec
cato de quo loquitur ysaias prophe
ta. et quis sit ille iustus uēditus pro
argento. Propter quod dicit domi
nus per Amos prophetam ubi supra
ꝙ in testimoniuz quarti sceleris nō
transferet nos in terram promissio
nis. Amplius uidetur etiam domine
mi ꝙ completum est quod scribitur
Danielis prophete cap. ix. ubi dicit.
Postꝙ consumate fuerunt. lxii. eb
domade occidetur christus et tunc
ueniet populus cum principe uentu
ro et destruet ciuitatem et domum
comminuet et condemnabunt eaz et
auferetur sacrificium et consumabi
tur destructio perpetua. Et non est
dubium domine mi ꝙ destructio de
solationis perpetua id est captiuitas
in qua sumus iam sunt mille anni et
ultra Et aperte dicit deus per pro
phetam ꝙ erit desolatio perpetua.
post occisionem christi sicut est de
solatio nostra postquam Jesus fuit
occisus. nec comminatus est nobis
deus perpetuam desolationem nisi
post occisionem christi. Et si uoluери
mus dicere ꝙ ante mortem Jesu fui

mus in desolatione. Ad hoc respon
dent nobis christiani ꝙ ante mortē
illam non fuit desolatio nisi lxx. an
nis. et post hoc fuimus reducti ī ter
ram promissionis et fuimꝰ apud de
um in gratia et honore. Certe domi
ne mi ego non video excusationem
contra prophetiam istam. quia de
facto promittitur nobis ꝙ postquaz
a reedificatione fuerunt complete
lxxii. ebdomade que sūt āni. CCCC
et. xxxiii. Tunc fuit Jesus occisus a
patribus nostris. Et postea venit
dux scilicet Titus. et populus Ro
manus et fecerunt nobis secundum
prophetiam istam hodie sunt mille
anni et ultra. Et nihilominus si est
ita attamen dei sumus in omni even
tu et ideo in eo speramus.

CAPITULUM IX

Timeo domine mi ꝙ christus
iaz venit et adimpleuit primū
aduentum suū. quia in scripturis no
stris invenimus duplicez eius aduē
tum. Primus aduentus christi de
scribitur in prophetis in pauperta
te et humilitate. Secundus in glori
a et maiestate. Et de utroqꝫ aduētu
proponam illa que mihi occurrunt.
De primo aduentu dicit deꝰ per os
prophete ysa capi. ix. Letare filia
syon ecce preceptor tuus venit pau
per equitans asinuz Et in isto aduē
tu describit eum ysaias despectum.
zacharias Daniel occisum. Zachari
as et Amos venditum. Et tamen iaz
fuerunt completa que ī libro descri
psi et describam. Non reputauimus
id est non cognouimus eum. sicut di
cit ysaias propheta. sed despeximus
eum et preualuimus contra euz. sed
gloria eius et maiestas eius erit ma
nifesta in secundo eius aduentu. s.
quando ignis et flamma precedet

eum. et exardescet et inflammabit
in circuitu inimicos eius sicut dicit
deus per os prophetarum David et
ysaie. Et considero domine mi ꝙ cri
stus non iudicabit aliter quantū ad
mortem. quia nos interfecimus om
nes prophetas qui annunciauerunt
nobis de ipso. prout deus testifica
tur cōtra nos per os Helye prophe
te quarto libro Regum. Et sic inter
fecimus illum iustum propter quem
sumus in ira dei sine fine. Attamen
dei sumus.

CAPITULUM X

Timeo domine mi deus descri
bit aperte duos aduentus
christi per os ysaie prophete capi.
ii. cum dicit Consurge consurge idu
ere fortitudinem brachium domini
Bis dicens consurge. propter eius
duplicem aduentum et sigillatum.
Clare primum scribit christi aduen
tum quantum ad passionez et deiec
tionem capitulo quinquagesimo et
capitulo. liii per totum Et speciali
ter cum dicit Vidimus eum et non
erat aspectus et species neqꝫ decor
etcetera. Primum eius aduentum
ponit ysaias capitulo nono. cum di
cit. Paruulus natus est nobis etce.
Et statim subiungit secundum eius
aduentum cum dicit. Et vocabitur
fortissimus. gratia potens super tro
num David sedebit ut confirmet il
lum ab inicio usqꝫ in eternum. Zach
arias autem Propheta describit eū
pauperem et sedentem super asinū
capitulo nono. Et quid aliud est hoc
nisi ꝙ Propheta describit primum
aduentum in humilitate et pauper
tate. Et Secundum in potentia et
maiestate. Et sic describit eū daniel
ca vii Considerabā vel aspiciebā in
visiōe noctis. et ecce cū nubibus ce

li quasi filius hominis ueniebat. et
usq3 ad antiquum dierum peruenit.
et in conspectu eius obtulerunt eu3
et dedit ei potestatem et honorem
et regnum. omnes populi tribus ac
lingue adorabunt et honorabunt eū
et seruient ei. Hebreus habet. trib⁹
ac lingue honorabunt eum et nō de
ficiet potestas eius quia non aufere
tur. et regnum eius manebit in eter
num. Nostra autem translatio hab3
tribus ac lingue. sed eius potestas e
terna que non auferetur et regnu3
eius quod nō corrumpetur. alias et
non deficiet potestas eius. alias. et
Potestas eius in eternum et regnū
eius manebit in eternum alias Non
corrumpetur. Et manifestum est do
mine mi ꝙ ī secundo aduentu sede
bit christus ante antiquum dierum.
qui est deus ad iudicium sicut sedit
in primo aduentu ante patres nrōs
iudeos ut iudicaretur. et istos duos
aduentus messie id est christi innu
it Dauid propheta in psalmo cū di
cit. quia uenit. quoniam uenit iudica
re terram. Propter primu3 eius ad
uentum qui fuit simplex dicit. Quia
uenit. Propter secundum uero quia
erit cum potentia dixit. Quoniā ue
nit iudicare terrā. De secundo eius
aduentu loquitur Zacharias prophe
ta cap. xiiii cu3 dicit. Impriment ue
stigia pedis super montem oliuarū
etc. Et nos domine non dicimus ꝙ
deus in essentia sua et natura habet
pedes nec carnem nec ista que cor
poris sunt. Sed habere pedes cōue
nit omni creature corporee. Dicit
etiam Dauid propheta quod supra
allegatum est loquendo de secūdo
eius aduentu Ignis ī conspectu eius
ardescet et in circuitu eius inflāma
bis. Sed domine nō dicimus ꝙ deus
sit circumspiciens ꝙ aliquid possit
esse in circuitu eius inquantu3 deus

Sed auctoritates similes habent ue
ritatem ad littera3 in illo iusto quē
prophete describunt. nunc loquētes
de eius humilitate. nunc de eius ma
iestate. Et hoc loquitur Malachias
propheta cap. iii cum dicit. Ecce do
minus uenit. et quis poterit sedere
ante aduentum eius Ipse eni3 quasi
ignis conflans. et sedebit et liquefa
ciet argentum et aurum. Ecce quali
ter iustus ille qui fuit iudicatus ue
nit in secundo aduentu. Et attende
domine mi qualiter describit eū idē
propheta in eodem cap. iii. cu3 dicit
Tunc ego ueniam et intrabo in iudi
cio ad eos et ero testis uerax super
adulteris et malis et periuris et su
per illos qui defraudant merede3
mercenarii et qui spoliant pupillos
et uiduas et opprimunt peregrinu3
et pauperem Et idem domīe mi de
scribit Ezechiel cum dicit ca. xxxiiii
ubi loquitur de pastoribus et omnibus
dicēs. Ego seperabo ab eis. s. a iustis
transgressores et incredulos. Hec
non habet translatio nostra. Sed ī
Arabico dicit sic. O domine mi ecce
ꝙ in secundo aduentu seperabit in
credulos de medio iustorum Sicut
etiam dicunt Malachias et Ezechiel
clare. Et in primo aduentu nemo no
strum cognouit eu3 quia exiuerat li
mites humane nature. Sicut dicit
deus per os prophete cap. liii. Et in
ter iniquos cōputatus ē. et propter
hoc non reputauimus eum. Et Hiere
mias dicit ca. xvlii. Ipse est homo et
quis scit eum Et timeo dn̄e mi ꝙ pa
tres nostri in primo aduentu messie
defecerunt et errauerunt. et prop
ter hoc sumus ī ista captiuitate que
non habet finem. Et tn̄ quicquid cō
tingat dei sum⁹ et ī ipso speramus

CAPITULUM XI

Domīe mi paueo ne iste iustus sit
ille qui iudicaturus ē cū potētia

omnes qui crediderunt in eum. quoniam propheta dauid dicit de illo. Notum fecit dominus salutare suuz et in conspectu gentium reuelauit iusticiam suam Adhuc dicit ysa. ca. xii. Haurietis aquas de piscinis saluatoris Quod dictum secundum uidere meum intelligo de baptismo. Nam in primo aduentu saluauit per aquam et in secundo iudicabit per ignem Et de saluatore dicitur domine mi Iob cap. xix Scio ꝙ saluator meus uiuit et ī nouissimo die de terra surrecturus sum et in carne mea et oculi mei uidebunt deum meum. Attende domine mi ꝙ uocat istum saluatorem deum. Constat autem ꝙ oculi carnis non uidebunt deum. ecce habemus secundum scripturas ꝙ saluator est iste deus iustus de quo est sermo. et solus potest dici uerus iustus quoniam nullum peccatuz fecit secundum ꝙ de illo deus testificatur per os ysa. prophete. Nec de Moysi nec de aliquo prophetarū dicitur ꝙ sit Saluator iustus et sine peccato. quia Moyses peccauit et omnes alii prophete peccauerūt sicut uos scitis domine mi Et idcirco nullus eorum uocatur iustus in scriptura. sed id nomē isti soli seruatur Et sine dubio non saluantur nisi hi qui credunt primum aduentum suuz Et illi qui non credunt non habent causam aliquaz ꝙ saluentur in secūdo aduentu eius sed digni sunt morte. quia digni erāt morte illi qui nō credebant Moysi. et non obediebāt ei qui fuit peccator. quāto magis digni sunt igne illi qui non credūt et blasphemant istum iustum et dominum qui peccatum nesciuit unquam. Quicquid tamen eueniat dei sumus nos.

CAPITULUM XII

Domine mi nos inuenimus in scripturis ꝙ christus exaltabitur de terra ad celū et ego timeo ꝙ illud sit completum in isto qui fuit interfectus a patribus nostris. et de ista exaltatione dicit dauid propheta in psalmo. xxiii O magnates aperite portas pricipatus uestri et eleuamini porte eternales et introibit rex princeps glorie Et attende domine quod respondent illi angeli Quis est iste princeps glorie. Et ipse respondet illis. Dominus uirtutū fortis in prelio. Et constat domine mi ꝙ iustus iste dominus uirtutum non habuit preliuz nisi in primo aduentu suo. quia quādo sedebit ad iudicandum ignis in circuitu eius exardescet. et inflammabit in circuitu inimicos eius. et conflabit iustus per ignem quasi argentum. et hoc in ultimo eius aduentu. Nullus autez prehabitur contra illum nec locus erit pugne. Adhuc de iusti huius exaltatiōe dicit ysaias cap. lxiii. Quis est iste qui uenit de edom de terra rubens uestimētis eius de bosra sicut ille formosus in schola. Et respondz his iustus iste. Ego qui loquor iusticiam sum expugnator ad saluationē Et dicunt ei angeli. O domie quare rubrum est uestimentum tuum sicut calcantis torcular. Respondet dicens illis. Torcular calcaui solus et non erat uir mecum. Unde domine mi que propheta loquitur ysa. Et timeo ꝙ huius iusti responsio non tāgat nisi nos cum dicit Calcaui eos ī ira mea donec aspersi sunt sanguīe Cor suuz super indumenta mea. sed dies ultionis in corde meo. et ānus retributionis mee uenit. Quantū ergo sperare possumus domine mi in iusto isto. ubi scimus ipsum de nobis angelis fuisse conquestum in celo. et notificauit eis ꝙ ipse calcauerat torcular solus Et quid aliud calcauit in ira sua nisi nos qui post belluz quod habuit in primo aduentu suo prostrati sumus ab eo. et calcati.

iam sunt mille a nni. et adhuc restat
dies ultõnis in ultimo eius aduentu
et annus retributionis in corde suo.
Utinam domine mi quando interfe
cimus ysaiam deleuissemus istam au
toritatem predictam de prophetia
sua ꝙ nunqꝫ legeretur ab aliquo. et
ecce ꝙ dauid uocat bellum cum di
cit. Dominus uirtutum fortis ĩ bello
Nec ysaias uocat torcular. Heu do
mine mi bibimus mustũ illud de quo
etiam dicit iacob patriarcha et pro
pheta ut habetur in libro generatio
nis creaturarum ca. xlix. de iuda.
Lauabit stolam in sanguine. s. uue.
Sic est factum in nobis in primo ad
uentu messie. Sed quid faciemus in
aduentu eius ultimo quando stabũt
homines coraꝫ homine iudicante et
I circuitu eius erit ignis paratus ad
deuorandu illos contra quos tulit
sententiam. Tunc enim nõ erit tem
pus belli. nec iam in torculari calca
bitur. quia iaꝫ extunc non erit locus
nec tempus penitendi nec refugii.
sed iusticia. Ut sicut ipse iudicatus
fuit sine peccato quod inueniretur
in eo. sic ipse iudicabit peccatores.
Dicit enim deus in prophetia Salo
monis Prouerbiorum xi. Quoniam
iustus recipiet iudicium nec erit im
pius et peccator.

CAPITULUM XIII

Ualde timeo domine mi ꝙ hec
que dicta sunt testimõia pro
phetarum de illo iusto ꝙ scilicet fu
it uenditus pro argento. ut dicit A
mos propheta ꝙ calcauit torcular.
ut dicit ysa ꝙ gessit bellum cum pa
tribus nostris sicut dicit Dauid ꝙ
captus fuerit in peccatis nostris. Si
cut dicit Hierem. ꝙ uulneratus fue
rit in palmis suis. Sicut dixit Zacha
rias ꝙ super eius uestes misse sunt
sortes. Sicut dicit Dauid. ꝙ ascẽdit
in celuꝫ Sicut dixit idem propheta
et alia cum non conueniunt deo in
essentia siue in natura diuina secun
dum quam nec resurgit nec exalta
tur nec sedit nec descẽdit. etiã que
dicta sunt corporalia. ꝙ iam uenit
ille iustus cuiꝰ nature corporee hec
predicta et similia poterunt conue
nire. Si autem tibi uidetur forte du
rũ credere domine mi ꝙ homo cor
poreus ascendit in celum. audi auc
toritates et exẽpla que mihi occur
runt de scripturis nostris. Similiter
hoc dicit David Propheta de illo.
Ascendit deus in altum. et saluabit
captiuitatem. dedit dona hominibꝰ
Dicit etiam in psalmo. lxvii. Jubilate
deo et glorificate nomen eius. Iter
facite ei qui ascendit de partibꝰ oc
cidentis dominus nomen illi. Adhuc
domine mi dixit deus de illo ĩ psal
mo quem tu habes in corde. Jubilate
deo qui ascendit super terram celi
ad orientem. Et de ista dixit Amos
capitulo nono. Dominus est qui edi
ficauit in excelso sedem suam. et de
ipso dicit etiam David in psal lxvi.
Ascendit deus in iubilo et dominus
iu uoce tube. De ipso etiã dixit Aser
propheta. cap. iii. Uidi hominem de
scendentem de corde maris et per
uenit usqꝫ ad celum. Et quia non ha
bemus istam prophetiaꝫ obmisi mul
ta scribere que allegat super hoc.
Dicit etiam Moyses in cantico. Le
uabo ad celum manum meam Et de
utronomii. xxxiii. Cõsurge consurge
brachium domini. De isto etiam ait
Anna mater Samuelis primo primi
Regum. Dabit dominus imperiũ re
gi suo. et sublimabit christum suum.
David etiam dixit. Ascendit domĩus
super pennas ventorum Et hee auc
toritates occurrunt mihi ad exalta
tionem christi corporalem usqꝫ ad
celũ. Et sunt plures alie quas tu do
mine bene scis. Nunc etiaꝫ exempla
aliqua adducaꝫ de lege nostra quia
uidetur etiã nobis multũ ĩcõueniẽs

credere q̄ ī corpore ascēdit ī celū et hoc est propter consideratione3 nam in lege et in prophetis inueni mus q̄ deus uerus et gloriosus assū psit de terra et eleuauit plures san ctos uiros patres nostros et si de istis non dubitamus de ascensione istius iusti in corpore et anima cui magis scriptura perhibet q̄ illis te stimonium sanctitatis. et qui durius bellum secundu3 prophetas sustinu it Et plures captiuationes mundi q̄ aliquis de predictis. Et preterea domine sine exempli positione scis q̄ Matusalem et Enoch iusti et He lias Propheta fuerunt assumpti a deo de mundo isto in corporibus suis De Moyse etiam non est dubi tandum quoniam in celo in corpore et anima sint. Nam Deutro. xxxiiii. dicit deus ad Moysen. Ascendit in montem nocte et mortuus est ibi. et nesciuit homo sepulcrum eius us q̄ in hodiernum diem Et quid signi ficat sepulchrum eius est ignotum in terra cum ipse fuerit Propheta maior et sanctior aliis nisi q̄ deus resuscitauit eum et assumpsit eum ī corpore et anima sicut alios iustos assumpsit et eleuauit ad locum ubi sunt Nec nos debem⁹ mirari supra hoc q̄ aer iste leuis et subtilis pos set portare corpora tam grossa et ponderosa quia nos scimus q̄ aqua que est in unitate simul aeri quādo placuit potentie omnipotentis por tauit corpora filiorum israhel in eo rum exitu. et quando fuit acceptum sacrificium ignis descendit de celo et eleuauit et portauit corpora pe corum et boū que offerebantur deo Moyses uero et helias prophetaue runt de illius iusti eleuatione ac a lii prophete. Unde id oportet nos esse credentes de eleuatiōe corpo rea dictorum sanctorum et sumus ī creduli de eleuatione illius iusti. et eum eleuatum in celum de quo tot sunt testimonia ī scripturis sicut di ctum est. et possent induci. ut quia satis apparet q̄ deus assumpsit pre dictos sanctos de quibus nullus du bitet ut ad fidem disponentur cor da hominu3. et ut de ascensione sui iusti etiam non dubitarent. Est autē et alia causa quam et ipsi nostri du bitant Quia aduentus eius primus fuit occultus et modus īsolitus sicut dicit ysaia. Homo est et quis cogno scet eum Idem propheta etia3 dicit Uirgo concipiet et pariet filiū. ubi aduertendum est q̄ caret patre se cundu3 carnē. Et propter hoc quod alibi dicit. Signum nouum creauit deus super terram. Mulier circum dabit etce Dicit etiam capi. quinto. Propter hoc dabit eis deus usq3 ad tempus in quo parturiens pariet. Et notandum q̄ non facit propheta mentionem de marito istius partu rientis cum inquit. Natiuitatem isti us iusti qui solum natus est preter solitum modum cursumq3 carnalem qui est ex uiro et femina Sicut de illo predictum est per os ysa capi. nono. cu3 dicit Audite domus iacob deus dabit uobis signum. Uirgo cō cipiet et pariet etc. Omnes alii san cti qui dicti sunt nati sunt de uiro et femia. carnaliter concepti ī pec cato et omnes fuerunt peccatores et ipse Moyses sanctior parentibus Prophetis peccauit Et confitetur per os suu3 se peccasse. De iusto au tem isto dicitur per ysaiam cap. liii. Qui nunquā peccauit nec est inuen tum mendaciu3 in ore eius. De aliis omnibus sanctis dicit deus per os Iob cap. xxv. In omnib⁹ sanctis suis non est inuentus sine prauitate. Et Hieremias Propheta dicit capitu lo decimoseptimo. Corda hominum praua.

CAPITULUM XIIII

Timeo dn̄e mi q̄ sit completū ī nobis quod dicitur per ysa.

Cecidit cecitas super israel quousqꝫ
intrauit plenitudo gentium. Et ite
rum dicit capitulo sexto Audientes
audient et uidentes uidebūt et non
cognoscent. Corda istius gentis sūt
ingrossata Et adhuc eodem capitu
lo Exceca cor populi et obtura au
res eius ne forte addiscant et con
uertantur ad me et sanem eos. Et
dixit ysaias Usqꝫquo domine Et di
xit Quousqꝫ sunt ciuitates deserte.
et maneant domus sine habitatore.
Dixit etiā Daniel capitulo .xii. Clau
de sermones et inuolue propheciaz
Et Hieremias decimoseptimo. Pec
catum scriptum est stilo ferreo ī la
pide adamantino et extensuz super
altitudinem cordis eorum. Et ysaie
cap. primo Cognouit bos possessorē
suum et asinus presepe domini sui.
Populus autem meus non intellex
it. Et iterum cap. octauo Miluus et
hyrundo et ciconia sciunt tempus
aduentus sui Populus autem meus
non cognouit. Et hec omnia domine
mi dicta sunt quia non cognouimus
aduentum istius iusti domini. Et de
nobis dixit dominus per ysaiaz pro
phetam capitulo .xliii. Elongate fo
ras gentem cecam et non habentez
oculos. et surdam et non habentem
aures. Ecce omnes congregati sunt
Et quicquid uoluit propheta de hoc
per hec uerba nisi ꝙ deus nos repu
lit quia nō cognouimus tempus isti
us iusti citius Et congregauit ad se
in fide gentes loco nostri. Super
quo admiratus Dauid dixit in psal
mo lxxvi. Nec est mutatio dextere
excelsi Nos tamen dei sumus in ca
su isto nostro et in captiuitate ista
que non habet finem In qua sumus
iam sunt mille anni et ultra. et hoc
tamen non accidit ita male patribꝫ
nostris qui adorauerunt idola et oc
ciderunt prophetas. Et transgressi
fuerunt legem ex toto.

CAPITULUM XU

Timeo domine mi propter hoc
ꝙ quia non credidimus ī isto
iusto Idcirco accidit nobis et cōple
tum est illud quod dixit deꝰ per os
ysaie capitulo decimonōo. Erit pro
phetia tanquā uerba libri clausi qui
dabitur lectori et dicet. Iste liber
clausus est nescio quid in eo. Et tūc
dabit nescienti litteras et dicet Nō
suz lector ego. Et que clausura libri
maior est domīe ꝙꝫ clausura qua de
us clausit corda nostra iaz sunt mil
le anni et ultra. Nec possumus cog
noscere per prophetiam nobis tra
ditam a prophetis super aduentuz
istius iusti. Propter quod alibi dix
it deus per prophetam. Desolabitur
Hierusalem et corruet domus sanc
ta. Et dixit capitulo primo. Terra
nostra deserta Ciuitates nostre suc
cense igne. et remanebitis tuguriū
in uinea dissipata Hoc est domine
mi et iam sunt mille anni et ultra.
Dixit etiā ysaias xxv. capitulo. Do
mīe deus exaltabo nomen tuū quia
posuisti ciuitatem in tumultū et do
mum in confusionem ut non sit usqꝫ
in eternum Et .xxx. cap. dixit. Con
teret populos contritione uasis fra
gilis in quo non remanet pars ad
portandum carbonem ignis nec hau
riendam guttam aque Completum
est etiaz domine quod dixit Daniel
capitulo nono. Postquam fuit occi
sus christus remāebit desolatio per
petua. In qua desolatione sumus et
fuimus iam sunt mille anni et ultra
Dixit etiam ysaias vicesimoquarto
capitulo. Relicta est in urbe solitu
do et sibilabit terra eorum sibilo us
qꝫ in sempiternum. Dixit etiam Hie
remias capitulo sextodecimo. Argē
tum reprobum uocate illos quia do
minus proiecit eos Dixit etiam ysa
ca. quinquagesimo. Ambulate ī lumi
ne ignis uestri et in flammis quas
succendistis uobis. In quibus flāmis
nos sumus iā mille āni sunt et ultra

Et dixit etiam Amos cap. v. Domus
